

donec omnino Pulvis Saccharo obductus in grana
coalescat.

TRAGEMATA DE SEMINE SANTONICO.

R Seminis Santonici,
Radiciſ Serpentariæ Virginianæ ana drachmas ſex,
Jalappæ,
Rhabarbari . . . ana unciam unam,
Sacchari albi clarificati . . . libras tres:
Fiant ex Arte Tragemata.

CAPUT IX.

DE TROCHISCIS.

TROCHISCI ALBI, SEU SIEF ALBUM.

R Ceruſſæ Aqua Roſarum ablutæ,
dein ſiccata . . . drachmas decem,
Sarcocollæ . . . drachmas tres,
Amyli,
Gummi Arabici . . . ana drachmam unam;
Caphuræ . . . drachmam ſemis:
Fiat omnium Pulvis, qui in mortario bene commiſtus,
paullulum Aquæ ſenſim inſpergendo, & aſſidue tun-
dendo redigatur in maſſam, ex qua formentur Tro-
chiſci calido loco ſiccandi.

TRO-

TROCHISCI ALHANDAL.

Pulveratam Colocynthidem, quemadmodum Cap. I.
§. III. tradidimus, cum Tragacanthi mucilagine,
ut artis est, in Trochiscos redige. Dosis a granis
quatuor ad decem.

TROCHISCI ALKEKENGII.

R Baccarum Alkekengi siccarum drachmas decem,
Boli Armeniae purificatae,
Gummi Arabici,
Mastiches electae,
Succini albi praeparati,
Seminum Papaveris albi,
Hyosciami albi ana drachmas quinque,
Opii drachmam unam :
Ex omnibus in Pulverem tenuissimum tritis cum mucilagine
Tragacanthi fiat massa, ex qua Trochisci in
umbra siccandi.
Dosis a scrupulo uno ad duos.

TROCHISCI DE AGARICO.

R Agarici derafi, & in Pulverem
reducti uncias tres,
Zingiberi pulverati drachmam unam,
Cum mucilagine Tragacanthi, uti de aliis dictum est,
formentur Trochisci.

TRO-

TROCHISCI DE CAPPARIBUS.

℞ Corticis Radicis Capparum,
 Gummi Ammoniacy puri . . ana unciam unam,
 Seminum Agni casti,
 Nasturtii aquatici,
 Rutæ,
 Radicis Acori ana semunciam:
 Pulverentur omnia, & cum Succo Agrimonix in Syrupi
 modum cocto fiant Trochisci.

PASTILLI, SEU LAPIDES DE CONTRAYERVA.

℞ Radicis Contrayervæ Hispanicæ . . unciam unam,
 Lapidis Bezoar Occidentalis,
 Coralliorum rubrorum præparatorum,
 Cornu Cervi . . ana drachmam unam cum dimidia,
 Ambre cineraceæ drachmam unam:
 Seorsum pulverata, dein commista cum solutione Tra-
 gacanthi ex Aqua Citri redigantur in massam, ex qua
 formentur Globuli in umbra siccandi; postea in vi-
 treo vase bene obturato reponantur.

TROCHISCI DE MINIO.

℞ Medullæ Panis albi siccatae unciam unam,
 Mercurii sublimati corrosivi,
 Minii ana drachmam unam:
 Terantur in mortario marmoreo, & cum Aqua com-
 muni

muni cogantur in massam ita firmam, ut ex ea Trochisci oblongi commode fieri queant.

TROCHISCI DE MYRRHA.

R Myrrhæ electæ,
Foliorum Calaminthæ montanæ,
Rutæ,
Dictamni Cretici,
Sabinæ,

Assæ foetidæ ana partes æquales:
Cum solutione Tragacanthi in Succo Marrubii albi formentur Trochisci.

TROCHISCI HEDYCHROI.

R Aspalathi,
Radicis Afari,
Foliorum Mari,
Amaraci ana drachmas duas;
Calami Aromatici,
Schœnanthi,
Costi Arabici,
Phu,
Opobalsami, vel Olei Nucistæ expressi,
Folii Indi,
Spicæ Nardi,
Cassiae lignæ;
Myrrhæ,
Santali citrini,

Croci

DE PILULIS: 137

Croci ana drachmas sex;

Amomi unciam unam, & semis,

Mastiches drachmam unam:

Ex omnibus cum Vino generoso mistis, massam confice in Trochiscos redigendam.

TROCHISCI SCILLITICI.

R Scillæ assatæ libram unam;

Pulveris Radicis Dictamni albi . . . uncias octo:

In mortario marmoreo subige, & fac Pastillos in umbra siccandos.

CAPUT X.

DE PILULIS.

PILULÆ ANTISCORBUTICÆ

R Gummi Ammoniaci puri drachmas sex;

Myrrhæ,

Acori veri,

Extracti Rhabarbari ana drachmas tres;

Beccabungæ,

Trifolii fibrini ana drachmas quatuor, & semis,

Balsami Copaiba drachmas duas;

Liquefiant simul Extracta cum Balsamo, quibus deinde cætera in pulverem trita admisceantur.

S

P I.